



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ephesini Concilii Generalis Pars III. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

**Parisiis, 1644**

Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini in sanctum symbolum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15241**

fratrem & coepiscopum nostrum Maximianum Constantinopolitanæ ecclesiæ sacerdotem, diuino illic iudicio consecratum; vt ægritudinis morbum, quem astutiæ venena \* solius infuderant, superet simplicitatis dulcedo succedens: qui non illic aliud quam credimus poterit prædicare, nisi quod a decessoribus meis nobiscum positus frequenter audiuit. Datum xv. Kalendas Octobris, Theodosio xiv. & Maximo Consulibus.

\* sopitis

CYRILLI ARCHIEPI- KΥΡΙΑΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙ-  
scopi Alexandrini in fan- σκόπου Αλεξάνδρειας εἰς τὸ  
ctum symbolum. ἅγιον σύμβολον.

*Dilectis & amantissimis Anastasio, Alexandro, Martiniano, Ioanni, Paregorio presbytero, & Maximo diacono, ceterisque orthodoxæ fidei patribus monachorum, & vobiscum monasticam vitam agentibus, ac in fide Dei solidatis, Cyrillus in Domino salutem.*

Τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινότησι, Αναστασίῳ, Αλεξάνδρῳ, Μαρτινιανῷ, Ἰωάννῃ, Παρηγορίῳ πρεσβυτέρῳ, καὶ Μαξιμίῳ διακόνῳ, ἔλοιποῖς ὀρθοδόξοις πατέρας μοναχῶν, καὶ τοῖς σὺν ὑμῖν ὁμοίῳ βίον ἀσκοῦσι, καὶ ἐν πίστι θεοῦ ἰδρυμένοις, Κύριε μὲν ἐν κρείῳ χαίρειν.

C. XLIII. **S**TVDIVM ac diligentiam vestræ caritatis nunc quoque haud mediocriter commendare possum, & maximi faciendam esse dico. Etenim diuinas doctrinas desiderare, & factorum dogmatum rectitudinem studiose persequi, quis non valde admiretur? Hæc enim res vitam sine termino ac beatam conciliat, neque irremuneratum erit iis in rebus impensum studium. Dicit enim ad cælestem Patrem & Deum Dominus noster Iesus Christus: *Hæc est autem vita eterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Recta sane & irreprehensibilis fides, quam fulgor ex bonis operibus comitatur,

Ioan. 17.

Τὸ φιλομαθὲς καὶ φιλόπον ὅτις ὑμετέρας ἀγάπης καὶ νου οὐ μετελεύσει ἐπαρνέσασθαι ἔχω, καὶ ἄξιον εἶναι φημι τοῦ παντὸς λόγου. τὸ γὰρ τοῖς θεῶν ἐφέσθαι μαθημάτων, καὶ τῆς τῶν ἱερῶν δογμάτων ὀρθότητος μετέποιεῖσθαι φιλεῖν, πῶς ἐκ αὐτῶν ὑπεραγάσασθαι τίς; καὶ γὰρ ὅτι ζωῆς τῆς ἀπείρου καὶ μακαρίας τὸ χεῖμα πωροῦσθαι, καὶ ἐκ ἀμάρτιας ἐν γὰρ τούτοις ἀπουδῆ. φησὶ γὰρ πῶς πρὸς τὸν οὐρανόθεν πατέρα καὶ θεὸν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· αὐτὴ δὲ ἔστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκασθε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν, καὶ ὃν ἀπέστειλες Ἰησοῦν Χριστόν. ὀρθὴ γὰρ πίστις ἔστω ἀκατάσκοπός, σὺν δρόμον ἔχουσα πλὴν ἔργων ἀγαθῶν φαιδρότητα,

ANNO CHRISTI 431.

παντός ἡμᾶς ἐμπλήσῃ ἀγαθῶν, καὶ διαπρεπῆ λαχόντας τῷ δόξῳ δοξαζομένης. *περὶ τῆς ἐπιπέρας*, εἰ ἀμοιροδοξα φαίνοιο δογματῶν ὀρθῶν, καὶ ἀδιαβλήτου πίστεως, ὀνήσασθαι αὐτῶν, ὡς γὰρ οἶμαι, κατ' οὐδένα ἕρπον τῷ τοῦ αἰθερῆτος ψυχῶν. ὡς περ γὰρ ἡ πίστις χωρὶς τῆς ἔργων νεκρὰ ὄσιν, οὕτως εἰναι φανερὸν ἀληθῆς καὶ τὸ ἐμπαλιν. ἐκοῦν συναλαλαμπέτω τοῖς τῆς βίωσις ἀσχημασι καὶ τὸ ἀμαίμητον ἐν πίστι. ἄρποι γὰρ οὕτως ἐσόμεθα, κατὰ τὸ πᾶν πᾶσι Μωϋσέως νόμον. τέλειος γὰρ ἔση, φησὶν, ἐν δυνάμει κυρίου. *Ἐ* δὲ τὸ πᾶν ἔχῃ ὀρθῶν ἕξ ἀμαθίας ὀλιγορήσαντες, εἴτα τῆς ἰππευτικῆς ἐαυτῶν ἰππευτικῶν βίον, εἰκοσὶ πῶς αἰδράσιν ἐφ' αὐτῶν λαχρόσι τῆς περὶ τοῦ χαρακτῆρα, πεπλανημῶν δὲ καὶ διάστροφον τῆς ὀμμάτων τῷ βολῶν. ὡς καὶ πρέπειν αὐτοῖς τὸ διὰ φωνῆς Ἰερεμίου πρὸς τῷ τῆς Ἰουδαίων μητέρας, φησὶ δὲ τῷ Ἰερουσαλήμ, εἰρημῶν πρὸς τῆς θεοῦ. ἰδοὺ ἔκ εἰσιν ὀφθαλμοὶ σου ὀρθοὶ, οὐδὲ ἡ καρδία σου καλή. καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ὑμῶν ὕγια καὶ πρὸς τῆς ἄλλων ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς νοῦν, καὶ διαμνησθῆναι γραμμάτων ἱεροῦ περὶ τῆς φωνῆς καὶ λέγοντος. ὀφθαλμοὶ σου ὀρθοὶ βλέπετωσαν. ὀρθῆ δὲ βλέψις ὀμμάτων τῆς ἔσω κεκρυμμένων τὸ ἰσχυρὸν καὶ ἀπεξέτασιμῶς περὶ τῆς διδάσκειν, κατὰ γὰρ τὸ ἐγγυρωῦν, ὅτι εἴη δὲ γένοντο, πρὸς θεοῦ λόγους. βλέπομεν γὰρ ἐν ἐσότητι καὶ ἀνίματι, καὶ γνώσκομεν ἐκ μέρους. ὅτι μὲν ἐν τῆς ἀληθείας ἐπίσημοι φῶς τοῖς ἐδέλοισιν ὀρθῶς τῷ πρὸς αὐτῶν γνώσιν εἶναι.

omni bono nos implet, & praeclaram nactus gloriam ostendit. At operum fulgor, si expers videatur esse rectorum dogmatum, inculpatæque fidei, humanæ animæ nullo modo, ut arbitror, utilis fuerit. Nam sicut fides absque operibus mortua est; ita quod e contrario conuertitur, verum est. Igitur simul fulgeat cum honestæ vitæ gloria etiam integritas fidei. Ita enim crimus perfecti, iuxta sapientissimi Moysis legem: *Perfectus enim*, inquit, *eris coram Domino Deo tuo.* Qui vero ex stultitia contempserunt rectam habere fidem, quamuis honesta vita se ornent, comparantur quodammodo viris ingenua quidem faciei forma, oculis vero errantibus ac distortis: atque ad eo competit in eos, quod a Domino per Ieremiæ vocem ad Ierusalem Iudæorum matrem dictum est: *Ecce non sunt oculi tui recti, neque cor tuum bonum.* Oportet igitur, ut ante alia sanam in vobis mentem possideatis, & sanctæ scripturæ memores sitis alloquentis & dicentis: *Oculi tui recta videant.* Visus autem rectus oculorum intus absconditorum est, posse sermones, qualescumque de Deo fiant, pro eo atque concessum est, videre subtiliter & exacte. Videmus enim in speculo & anigmate, & cognoscimus ex parte: sed qui ex tenebris profunda reuelat, lumen veritatis infundit his, qui ipsius cognitionem rectam capere volunt.

\* τὸ πᾶν πᾶσι.

\* ἡ ἐπιπέρα.

1. Cor. 2.

Dent. 18.

Ierem. 22.

Prover. 4.

1. Cor. 13.

Iob. 12.

Eph. 12.

Oportet igitur, vt coram Deo procumbentes dicamus: *Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte*: quandoquidem a rectitudine sacrorum dogmatum excidere nihil aliud est, quam manifeste in morte obdormire: a qua rectitudine excidimus, quando scripturas diuinitus inspiratas non sequimur; sed vel præsumptis minime laudatis opinionibus, vel studio & propensione in eos qui circa fidem non recte incedunt, mentis nostræ momenta inclinare, & nostras in primis animas lædere conuincimur. Assentiendum igitur iis est qui rectam fidem ad sacrarum prædicationum sententiam diligenter examināt, quas & per Spiritum sanctum tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis: quorum vestigia sequi studuerunt etiam celeberrimi patres nostri, qui venerabile & vniuersale fidei definierunt symbolum in Nicæa olim congregati: cum quibus sane & ipse Christus confedit, qui dixit: *Vbi fuerint duo vel tres in nomine meo congregati, illic sum in medio eorum*. Nam quod Christus præfederit inuisibiliter sanctæ & magnæ illi Synodo, quomodo licet ambigere? Basis etenim quædam & fundamentum firmum & inconcussum per vniuersum orbem imponebatur, imo vero iaciebatur, illa nimirum sinceræ ac irreprehensibilis fidei confessio. Quod si ita est, quo pacto aberat Christus, cum ipse sit, iuxta sapientissimi Pauli vocem, fundamentum? *Fundamentum enim aliud*, inquit,

Luc. 1.

Math. 18.

1. Cor. 3.

ἡ Τηγαροῦ ἡμᾶς δὲ ἀποστασίαν, λέγοντας· Φώσον ἑὸν ὀφθαλμοῦ μου, μήποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον· ὁ γὰρ τῆς ὀρθότητος τῆς ἱερῆς δογματικῆς ἀπολαβεῖν εἶη αὐτῶν οὐδὲν, πλὴν ὅτι σαφῶς ὁ ὑπνώων εἰς θάνατον. ἐκπίπτου δὲ τῆς ὀρθότητος, ὅτε μὴ ταῖς θεοπνεύστοις ἐπιπέθετα γραφαῖς, ἀλλ' ἢ πρὸς ἑαυτὸν ἐπιπαυομέναις, ἢ κατὰ πρῶτον πλὴν πρὸς γένηται ἐκ ὀρθοποδοῦντας πρὸς τὴν πίσιν, ταῖς τῆς ἑαυτῶν διανοίας ἀπονεμόντες ῥοπᾶς, καὶ πρὸς γὰρ τῆς ἄλλων ταῖς ἑαυτῶν ψυχὰς ἀδικοῦντες ἀλίσκομεθα. πείσειον δὲ οὐ τοῖς τῆς ὀρθότητος ἡπιδηγηταῖς πρὸς τὸ τοῖς ἱεροῖς κηρύγμασι δοκοῦν· ἀ καὶ διὰ πνεύματος ἁγίου ᾤρέδσαν ἡμῖν ἀπὸ θεότητος αὐτόπαι, καὶ ὑπερέτα γυρόμενοι πρὸς λόγου· ὡν τοῖς ἴχθει ἀκολουθεῖν ἐσπούδασαν καὶ πάντες ἡμεῖς, ὅτι σπῆλον τε καὶ οἰκουμένην τῆς πίστεως ὀρεσάμενοι σύμβολον, ἐν τῇ Νικαίᾳ ὡν σωματικῶν κατὰ καιροῖς· οἷς δὲ καὶ αὐτὸς συνέδρῳ ἡμεῖς ὁ Χριστός· ἔφη γὰρ· ὅτι ὅπου ἐὰν ὡσι δύο ἢ τρεῖς συναχθέντες εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. ὅτι γὰρ πρὸς ἑδρος ἡμεῖς ἀσφατῆς τῆς ἁγίας καὶ μετὰ τῆς ἐκείνης συνόδου ὁ Χριστός, πῶς ἔστι ἀμφιβάλλειν; κρηπίς οἷα τις καὶ θεμέλιος θεμέλιος καὶ ἀκροδαντός τοῖς ἀναπάσαι πλὴν γὰρ ἀεὶ βάλλετο, μᾶλλον δὲ κατεβάλλετο, τῆς ἀκραφνοῖς καὶ ἀνωμήτου πίστεως ἐὶ ὁμολογία. εἶτα πῶς ἀπὸ ὁ Χριστός, εἶπε ἡμεῖς αὐτὸς ὁ θεμέλιος, κατὰ τὴν τῆς ἑσφάτου Παύλου φωνῆς; θεμελίον γὰρ ἄλλο, φησὶν, οὐδεὶς

ANNO CHRISTI 431.

οὐδέ τις δυνάστη θείαν ἀφ' ἧς κείμενον, ὃς ὄστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστός. πλὴν πῶς ἐκπεποιθὼς ἀφ' ἐκείνων καὶ ὁμοδοξῶν πῶς τετηρηκασιν ἀδιαβλήτως καὶ μετ' αὐτοῖς γεροντότεροι ἀγιοπάτριες, καὶ ποιμένες λαῶν, Ἐφωσῆρες ἐκκλησιῶν, καὶ ἀπεχρήσατο μισαγωγοί. ἑλλειποῦς δὲ ὅλως οὐδὲν, ἤρουν παρεωραμένον τῆν ἀναγκαίων εἰς ὄνησιν κατὰ τοῦ ἐν ταῖς τῆν πατέρον ὁμολογίαις, ἤρουν ἐκδέσσειν, αἷς πεποιθῶτα πρὸς τῆς ὁρθῆς καὶ ἀκαπιλάτου πίστεως, εἰς ἑλεγχον μὲν καὶ διάδοξον αἰρέσεως ἀπίστης καὶ δυσεβοῦς ἀδυροσομίας, εἰς βεβαίωσιν δὲ καὶ ἀσφάλειαν τοῖς ὁδοποδοῦσι πρὸς τὴν πίστιν· οἷς ὁ λαμπερὸς ἀνέπειλεν ἐως φόρου, καὶ διήρξασιν ἐν ἡμέρᾳ, κατὰ τὰς γραφάς, καὶ τὴν ἀληθείαν ἐν ἡσυχίᾳ φῶς ἐκείνου ἀγίου βαπτισματός χάριτος.

Ἐπειδὴ δὲ γέγραφεν ἡμῶν ἡ δὲ λείπει, ὡς παροχρητέουσι ἡμεῖς ἐφ' ἃ μὴ παροχρητέουσι ἐν τῷ συμβόλῳ, τῆν ἐν αὐτῷ ῥημάτων πλὴν δυνάμιν ἢ οὐ συνιέντες ὁρθῶς, ἢ καὶ ἐν τῷ παροχρητέουσι ταῖς ἡμεῶν συγγραφαῖς εἰς ἀδούκωτον ἀποφερόμενοι νοῦν, εἴτα χεῖρ καὶ μετὰ τὴν πρὸς τούτων αὐτῶν πρὸς ἡμᾶς ποιήσασθαι λόγους, καὶ διεξιλέωσθαι σαφῶς πλὴν τῆς ἐκδέσεως δυνάμιν, δεῖν ὡς εἶπω, ἀπὸ εἰς νοῦν ἡκεῖ ἐμὸν, ἡπὸ δρομάδων εἰπεῖν. ἐξέμειθα δὲ πανταχοῦ ταῖς τῆν ἀγίων πατέρον ὁμολογίαις τε καὶ δόξαις, ὁρθῶς καὶ ἀπαροκλινώως βασιανίζοντες τὰ ἀφ' αὐτῶν εἰρημῶνα. ἡδὴ μὲν γὰρ καὶ ἐκείνη ἀγία σύνοδος, ἐκείνη γὰρ, φημί, τῆν Ἐφεσίων συνειλεγμένη καὶ βούλησιν θεοῦ,  
Concil. Tom. 6.

nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quapropter expositam ab illis & determinatā fidem probe seruarunt etiam hi, qui secuti sunt eos, sancti patres, populorumque pastores, & ecclesiarum luminaria, ac solertissimi mysteriorum doctores. Nihil autem omnino prætermisum vel contemptum ex his, quæ sint ad utilitatem afferendam necessaria, viderit quis in patrum confessionibus, hoc est, expositionibus, quas de recta & minime adulterata fide ediderunt ad coarctandas & subuertendas vniuersas hæreses, impiasque blasphemias, & ad eos solidandos atque confirmandos, qui in fide recte incedunt, & quibus fulgidus ortus est lucifer, diesque, ut scripturæ dicunt, illuxit, sanctique baptismatis gratia veritatis lumen immittit.

Quoniam autem vestra pietas scripsit, quod nonnulli quæ in symbolo continentur eo detorquent quo non oportet, verborum symboli vim vel non intelligentes recte, vel etiam ex eo quod quorundam scriptis dediti sunt, in sensum reprobum delati, itaque opus esse ut ego quoque de his ipsis rebus vobis disseram, & expositionis vim perspicue interpreter; censui, ea quæ nunc animo occurrunt, cursim dicenda. Sequentes autem in omnibus sanctorum patrum confessionem & sententiam, recte & animo nusquam inclinato quæ ab illis dicta sunt examinabimus. Iam enim & sancta Synodus, illa inquam in Epheso iuxta voluntatem Dei congregata,  
D d d

1. Petr. 1.

cum aduersus Nestorii peruersam opinionem sententiam tulit & sanctam & accuratam, simul quoque pari sententia & pœna condemnauit uocum nouitates aliorum, quotquot vel post illum forent, vel ante illum fuerunt, qui eadem cum illo saperent, dicereque vel scribere auderent. Etenim consentaneum erat, condemnato semel ob tam profanas uocum nouitates viro, vt non vnus dumtaxat feriretur, sed, vt sic dicam, vniuersa illorum hæresis atque calumnia, quam contra pia ecclesiæ dogmata fingunt, dum prædicant duos filios, & impartibilem diuidunt, cælumque ac terram quod hominem latrâ colant, crimine denotant. Vnum enim Dominum Iesum Christum & superiorum spirituum sancta multitudo nobiscum adorât. Ne autem a quibusdam ignoreretur vis symboli, quod in omnibus ecclesiis Dei auctoritatem obtinet & prædicatum est, sanctorum patrum sententias, hoc est, expositiones in commentarios illic factos retuli; vt scirent hi qui eas legunt, quomodo sanctorum patrum expositionem, hoc est, sincerum rectæ fidei symbolum intelligi conueniat. Opinor autem & vestram caritatem in eum libellum incidisse, quem de his rebus conscripsimus. Ipso nunc quoque, vt dixi, ad verbum proposito symbolo, illico Dei ope ad singula quæ in eo traduntur, perspicue interpretanda conuertar. Scio enim beatissimum Petrum scripsisse :

ἡς Νεστορίου κακοδοξίας οὐδὲν καὶ ἀκριβῆ κατανενοησοῦσα πλὴν Ἰησοῦ, καὶ τὰς τῆς ἐπέροισι κεινοφανίας, οἵπρ' αὐτὸν ἢ γινώσκοντες μετ' αὐτὸν, ἢ καὶ πρὸ αὐτοῦ γενόμενοι, τὰ ἴσα φρονούσαντες αὐτῶν, καὶ εἰπεῖν ἢ γενέσθαι ὁμιλοῦντες, συγκατέκρινον ἐκείνῳ, πλὴν ἴστω αὐτοῖς ὁπρὸς αὐτὸν δικίω. καὶ γὰρ πλὴν ἀκόλουθον, ἐνὸς ἀπαξ ὁπρὸς ταῖς οὕτω βεβήλοις καινοφανίαις κατανενοησοῦσθαι, μὴ καὶ ἐνὸς μᾶλλον ἐλθεῖν, ἀλλ' ἴν' οὕτως εἴπω, καὶ πάσης αὐτῶν τῆς ἀίρεσεως, ἢ τοῦ τῆς συκοφαντίας, ἢ τῆς πεποιήτων καὶ τῆς δισεβῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων, δύο πρεσβυτέρους ἵκοις, καὶ διατέμνοντες ὁ ἀμέλειον, καὶ ἀνθεοπολατρίας ἐγκλημα καὶ ἀερόφοντες οὐρανὸν τε καὶ γῆν. προσκυνοῦν γὰρ μὴ ἡμῶν ἢ τῆς αὐτῶν πνευμάτων ἀγία πληθὺς ὁ ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. ἰστέρον δὲ τοῦ μὴ ἀνοεῖσθαι ὁρᾶ ἵνα τῆς συμβόλου πλὴν διώταμιν, ὁ καὶ ἐν ἀπάσας τῆς ἀγίας τῆς θεοῦ ἐκκλησίας καὶ κρατῆ, καὶ κεινήρυκται, πατέροισι ἀγίων δόξας, ἢ γινώσκοντες ἐκείνους, ἐνέταξα τοῖς αὐτοῖσι περὶ ἀερόφοντες ἰσομνημασιν· ἴν' εἰδῆσθαι ὁ ἐντυγχάνοντες αὐταῖς, ἵνα προσήκει νοεῖσθαι ὁπρὸς τῆς ἀγίων πατέρων πλὴν ἐκείνων, ἢ τοῦ τῆς ἀκριβῆ τῆς ὁρθῆς πίστεως σύμβολον. οἴμα δὲ πλὴν ἀγάπῃ ἡμῶν ὁ ἐντυχῆν τῷ βιβλίῳ, ὁ πρὸς τούτων αὐτῶν συγγενέσθαι φανερῶν. αὐτὸ δὲ καὶ νῦν, ὡς ἐφίλω, ὁπρὸς λέξεως αὐτῆς παραθεῖς τὸ σύμβολον, περὶ ἀερόφοντες οὐρανὸν τε καὶ γῆν δεινὸν ἕνα τῆς ἐν αὐτῶν κειμήριον διερμηνεύσθαι σαφῶς. γενερόφα γὰρ οἶδα ὁ παναοίδιμον Πέτρον.

ANNO  
 CHRISTI  
 431.

ἔπιμοι αἰεὶ πρὸς ἀπολογία πάντῃ πρὸ  
 αἰτιῶν ὑμᾶς λόγον πρὸς τῆς ἐν ὑμῖν  
 οὐσίας ἐλπίδι.

Τὸ σύμβολον τῆς ἐν Νικαίᾳ  
 πατρῶν.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεόν, πατέρα  
 παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ  
 ἀορατῶν ποιητὴν· καὶ εἰς ἕνα κύ-  
 ριον Ἰησοῦν Χριστόν, ὁὐκ ἐκ τοῦ θεοῦ,  
 γνηθῆντα ἐκ τοῦ πατρὸς, ὁμοιο-  
 γνή, ὁμοούσιον ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ·  
 θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτός, θεὸν  
 ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ· γνηθῆν-  
 τα, οὐ ποιηθέντα· ὁμοούσιον τῷ πα-  
 τρι· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, ὅτε ἐν  
 τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῆ· δι' ἡμᾶς  
 ἑσθὺ δούλοισι, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν  
 σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκω-  
 θῆντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, παθόν-  
 τα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ·  
 ἀνελθόντα εἰς οὐρανοὺς· ἐρχόμενον  
 κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροίς· καὶ εἰς τὸ  
 πνεῦμα ἁγιον· ἑσθὺ δὲ λέγοντας·  
 ὅτι ἡμεῖς ποτε, ὅτε ἐκ τῶν καὶ πρὶν γνη-  
 θῆναι, ἐκ τῶν καὶ ὅτι ἐξ ἐκ ὄντων  
 ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, ἢ οὐ-  
 σίας φάσκοντες εἶναι, ἢ τρεπλὸν, ἢ ἀλ-  
 λωτῶν ὁὐκ ἐκ τοῦ θεοῦ, ὅμοιοι ἀνα-  
 θεματίζεμεν ἡ δόξα τῆς καὶ ἀποστολικῆς  
 ἐκκλησίας.

Πιστεύειν ἔφασαν εἰς ἕνα θεόν, ἐκ  
 βλάστην ὡσαύτῃ αὐτῶν καὶ ἀσείοντες τὰς  
 ἑλλενίων δόξας· οἱ φάσκοντες εἶ-  
 ναι θεοὶ, ἐμωρανθήσαν, καὶ ἡλ-  
 λῆξαν τοὺς δόξαι τοῦ ἀφάρτου  
 θεοῦ ἐν ὁμοιωματι εἰκόνος φαρ-  
 τοῦ δούλου, καὶ πετεινῶν, τετρα-  
 πόδων, καὶ ἐρπετῶν· ἀσεβαστικῶσαν  
 δὲ καὶ τῇ κτίσει παρὰ τὴν κτίσαντα·  
 Concil. Tom. 6.

Parati semper ad satisfactionem  
 omni poscenti vos rationem de ea  
 qua in vobis est spe. 1. Pet. 3.

*Symbolum Nicænum.*

Credimus in vnum Deum,  
 Patrem omnipotentem, om-  
 nium visibilium & invisibilium  
 factorem. Et in vnum Domi-  
 num Iesum Christum, Filium  
 Dei natum ex Patre, vnigeni-  
 tum, hoc est, ex eius substan-  
 tia; Deum de Deo, lumen de  
 lumine, Deum verum de Deo  
 vero; Genitum, non factum,  
 consubstantialem Patri; per  
 quem omnia facta sunt & quæ  
 in cælo & quæ in terra. Qui pro-  
 pter nos homines & propter no-  
 stram salutem descendit, & in-  
 carnatus est, & homo factus,  
 passus est, & resurrexit tertia  
 die, & ascendit in cælos; &  
 venturus est iudicare viuos &  
 mortuos. Et in Spiritum san-  
 ctum. Eos autem qui dicunt:  
 Erat aliquando, quando non e-  
 rat; &, antequam nasceretur  
 non erat; & quod factus est ex  
 non existentibus, aut ex alia  
 substantia vel essentia; aut qui  
 Filium Dei mutabilem vel con-  
 uertibilem esse dicunt; hos ana-  
 thematizat catholica & aposto-  
 lica ecclesia.

Crederet se dixerunt in vnum  
 Deum, vt funditus quodam-  
 modo ipsorum gentilium opi-  
 niones euerterent: *Qui cum*  
*se dicerent, esse sapientes, stul-*  
*ti facti sunt: & mutauerunt*  
*gloriam incorruptibilis Dei in*  
*similitudinem imaginis corru-*  
*ptibilis hominis, & volatilium,*  
*& quadrupedum, & repti-*  
*lium.* Coluerunt autem & creaturam potius quam creatorem,  
 Ddd ij

Deut. 6.

Exod. 20.

Isa. 44.

elementisque mundi huius feruierunt, multos & innumerabiles esse deos existimantes. Igitur ad subuertendum errorem, qui multos deos tradit, vnum Deum nominant, vt sacris literis omnino consentiant, & veritatis speciem vniuersis qui in toto mundo sunt, indicent. Hoc ipsum & sapientissimus Moyses fecit, cum apertissime dixit: *Audi Israel: Dominus Deus tuus, Dominus vnus est.* Et idem ipse profecto omnium natiuitatis auctor ac dominus inquit: *Non erunt tibi dii alii prater me.* Præterea & per vocem sanctorum prophetarum: *Ego Dominus primus, & ego posthac; & non est extra me.* Optime igitur celeberrimi patres, cum fidei fundamentum hoc ipsum iacerent, nempe sentiendum & asserendum esse quod vnus & solus sit natura vereque Deus, dixerunt credere se in vnum Deum. Eundem & agnominauerunt Patrem omnipotentem, vt cum Patre simul etiam Filii significatio inferretur, ob quæ est Pater, simul subsistentis, & semper coexistentis. Neque enim in tempore factus est Pater, sed quod est, semper fuit, hoc est Pater, vltra omne existens quod factum est, & summa celsitudine sublimis. Nam esse omnium potentem ac dominum, illustrem adeo & incomparabilem ei dat gloriam. Ab ipso autem condita esse dicunt omnia quæ in cælis & quæ in terris, vt hinc creature naturæ cognitionem esse cognoscatur. Incomparabile enim discrimen est factoris & facturæ, ingeniti & geniti, naturæque sub iugo ac seruitute positæ,

καὶ τοῖς τῷ κόσμῳ σοιχείοις δεδουλω-  
 κασι, πολλοὺς καὶ ἀριθμήτοις \* ἰσο-  
 τήσαντες ἐπὶ τῷ θεῷ. ἰκοῦν εἰς  
 αἰρέσειν τῆς πολυθεῖου πλάνης ἕνα  
 θεὸν ὀνομάζουσιν, ἐπὶ ἄλλοις πανταχοῦ  
 τοῖς ἱεροῖς γραμμασι, καὶ τῆς ἀλη-  
 θείας τὸ κάλλος τοῖς ἀνα πάντα πλὴν  
 ὑφ' ἡλίον κατασημαίνοντες. τὸ καὶ  
 ὁ πανσοφὸς ἑδρα Μωϋσῆς, σαφέστατα  
 λέγων ἄκουε Ἰσραὴλ· κύριος ὁ θεὸς  
 σου κύριος εἷς ἐστίν. καὶ αὐτὸς δὲ πού-  
 φησιν ὁ τῷ ὅλῳν ἡγεσουργὸς καὶ δε-  
 ασπότης· ἐκ ἐσοντά σοι θεοὶ ἕσονται πλὴν  
 ἐμοῦ. καὶ μετὰ τὴν φωνῆς τῷ ἁγίῳ  
 πνεύματι· ἐγὼ κύριος πνεῦμα,  
 καὶ ἐγὼ μετὰ πάντα, καὶ ἐκ ἐστὶ παρ' ἐξ  
 ἐμοῦ. ἀριστα δὲ οὖν τὸ πανόφρημοι  
 πατέρες κρηπίδα τῆ πίστεως καταβαλλό-  
 μθοι τὸ ἡλιώτα φρονεῖν ἐλέγαν, ὡς  
 εἷς καὶ μόνος ἐστὶ φύσις καὶ ἀληθεῖα  
 θεός, πισθῆναι ἔφασαν εἰς ἕνα θεόν.  
 Προσονομάζουσι δὲ αὐτὸν καὶ πατέ-  
 ρα παντοκράτορα, ἵνα σωεισφέρηται  
 τῷ πατρὶ δὴλωσις ἡμῶν, δι' ὃν ἐστὶ  
 πατήρ, σωυφεσῶτός τε ἐ σωυφῶ-  
 χούτος αἰεὶ· οὐδὲ γὰρ γέγονεν ἐν ἡρό-  
 νῳ πατήρ, ἀλλ' ἡμεῖς ὅ ἐστιν αἰεὶ, τούτῃ  
 πατήρ, παντὸς ὑπαρχῶν ἐπέκεινα  
 ἡμηνῶν, καὶ ἐν ὑπερτάτοις ὑψώμα-  
 σι. τὸ γὰρ ποι κρατεῖν καὶ κυρεῖν τῷ  
 ὅλῳν, λαμπρὰν οὕτω καὶ ἀπαρά-  
 βλητον αὐτῷ πρεσβείαν πλὴν δόξου.  
 ὡς αὖτ' εἰς φασὶ δεδημοουργῆσαι τὰ  
 πάντα, τὰ τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ  
 ἐπὶ τῆς γῆς· ἵνα κἀνταῦθα τὸ ἀσυμ-  
 φυές αὐτῷ πρὸς πᾶσαν κτίσιν νοοῖτο·  
 ἀσύγκριτος γὰρ ἐστὶ διαφορὰ ποιητῶν ἐ  
 ποιήματος, ἀγνητῶν καὶ ἡμηνῶν,  
 φύσεώς τε τῆς ὑπὸ ζυγῶν καὶ δουλείας,



ANNO CHRISTI 431.

καὶ τῆς τοῖς διαποποικοῖς ἀξιώμασιν  
ἁγιοθεσίμης, θεοπεπῆ τε καὶ ὑπερ-  
κόσμιον λαχούσης τῶν δόξαν.

Υἱὸς γὰρ μὲν διαμνημονύσαντες·  
ἵνα μὴ δοκοῖεν ὄνομα κοινὸν προσέ-  
μεν αὐτῶν, ὅπῃ αἱ ἰσὺς ἐτίθειτο καὶ  
ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν, κεκλήμεθα γὰρ καὶ  
ἡμεῖς υἱοί· νομιζέμεθα προσεπά-  
ροισι τῶν, δι' ὧν ὄντιν ἰδεῖν τῆς ἐνοούσης  
αὐτῶν φαιδρότης φυσικῆς τὸ ὑπερ-  
κλίεν ἀξίωμα. γενηῖται γὰρ, καὶ  
οὐ πεποιῖται φασιν, ἀσωτικῶν  
μὲν οὐσιωδῶς τῆ κτῶν διὰ τὸ μὴ πε-  
ποιῖται νοουῖτες αὐτῶν, ἐκφύωαι  
δὲ μᾶλλον διζυρεζόμενοι τῆς οὐ-  
σίας τῆ θεοῦ καὶ πατρὸς ἀχρόνως τε  
καὶ ἀπειροότητος· ἡ γὰρ ὁ λόγος ἐν  
δεξιῇ. εἶτα τῆς ἀδύνας τὸ γήσιον· ἀν-  
δεσπίνως δὲ καὶ τῶτο εἰρήδω, διὰ τὸ  
χρησιμον· εἰ μάλιστα κατασημαίνον-  
τες, θεὸν ἔφασαν ἐκ θεοῦ γενηῖται  
ἡ γὰρ ὄν· εἶτα γὰρ ὅλως ἡγήσιος ἀλη-  
θῆς, ἐκεῖ που πάντως ἐποίητο διὰ τὸ  
χρῶναι νοῦν καὶ λέγειν ἐκ ἀλλότρου  
τῆς οὐσίας τῆ τεκόντος τὸ τεχθῆν, ἀλλ'  
ἰδίον αὐτῆς, ὅπ καὶ ἔξ αὐτῆς κατὰ τὴν  
αὐτῆ πρέποντά τε ἔϊκότα λόγον.  
οὐ γὰρ κτῶ σῶμα τέξεται τὸ ἀσώμα-  
τον, οὕτω δὲ μᾶλλον, ὡς φῶς ἐκ  
φωτὸς, ἵνα ἐν τῷ ἀπαρραφανῆ φωτῆ  
τὸ ἀπαυγαδῆν ἐνδεν νοῦτο φῶς, καὶ  
ἔξ αὐτῆ κατὰ προσοδὸν ἀπὸρρητόν  
τε, καὶ ἀφρασον, καὶ ἐν αὐτῶ καθ'  
ἐνωσιν καὶ τωτότητα φυσικῶν. οὕτω  
γὰρ εἶναι φαιδρῶ ἐν μὲν τῶ πατρὶ  
ἡ γὰρ ὄν, ἐν δὲ τῶ υἱῷ πατέρα·  
ὑπερβάφει γὰρ ὁ υἱὸς ἐν ἰδίᾳ φύ-  
σῃ τε καὶ δόξῃ εἰ αὐτῶ γηνηπτεα.

& illius quæ dominii dignitate  
decoratur, & diuinam, omni-  
que mundo excelliorem glo-  
riam fortita est.

Porro cum Filii mentionem  
fecissent, ne viderentur nomen  
commune ipsi attribuere, quod  
forte & nobis quoque accomo-  
dari posset, (vocati enim sumus  
& nos filii) prudentissime adii-  
ciunt ea, per quæ videre licet di-  
gnitatem naturalis gloriæ, quæ  
in ipso est, supra omnem creatur-  
ram. Genitum enim, & non fa-  
ctum esse dicunt. in eo quod  
non est factus, intelligentes,  
cum secundū essentiam in crea-  
turarum ordine minime cenferi,  
sed extitisse illum affirman-  
tes ex ipsa Dei & Patris essen-  
tia, sine tempore, & incompre-  
hensibiliter. Erat enim Verbum  
in principio. Postea vero, vt na-  
turalem esse partum significan-  
ter exprimerent, (dicatur enim  
id quoque, quia sic oportet,  
humano more) ipsum Filium,  
Deum dixerunt de Deo natum.  
Vbi enim omnino vera natiui-  
tas, illic omnino sequitur vt in-  
telligendum & dicendum sit, id  
ipsum quod genitum est, ab  
eius, qui genuit, substantia non  
esse alienum, sed eius proprium,  
quia & ex ipsa est iuxta ratio-  
nem ipsi conuenientem atque  
congruentem. Incorporeum e-  
nim non gignit vt corpus, sed  
magis sicut lumen ex lumine; vt  
in coruscante lumine inde re-  
splendens lumen intelligatur, &  
ex illo esse secundum ineffabi-  
lem & indicibilem processio-  
nem, & in ipso secundum vnio-  
nem & idemtitatem naturalem.

Ioan. 1.

Sic enim esse dicimus in Patre quidem Filium, in Filio autem Pa-  
trem. Nam Filius in propria natura & gloria Patrem suum describit.

Ddd iij

Proinde aperte dicit ad vnum sanctorum discipulorum, (Philippus is erat:) *Non credis quod ego in Patre, & Pater in me est? Qui vidit me, vidit & Patrem. Ego & Pater unum sumus.* Igitur consubstantialis est Filius Patri. Proinde hac ratione Deus verus ex Deo vero natus esse creditur. Et generationis quidem nomen etiam in creaturis positum inuenimus, iuxta id quod de his qui erant ex sanguine Israel a Deo dictum est: *Filios genui & exaltaui.* Sed appellationem hanc gratiae loco creatura lucratur. At de naturali Filio nihil tale per abusio- nem dictum est, sed omnia vera; & propter hoc solus ex omnibus dicit: *Ego sum veritas.* Quapropter siue generatio- nem, siue filiationem de ipso quis dicat, nequaquam mentietur: ipse enim est veritas. Itaque munitur animas nostras celeberrimi illi sacri doctores, Patrem & Filium vbique ac generatio- nem nominantes, & Deum ve- rum ex Deo vero, lumenque ex lumine effulsisse dicentes, vt illa generatio & incorporea sit & simplex, & notionem ex ipso procedentis, & in ipso manentis habeat, & vterque existere in propria persona intelligatur. Pater enim est pater, & non Filius; & Filius est ille natus, & non pater; & in idemtitate natura proprium est vtriusque id esse quod est.

Ceterum cum omnium tam visibilium quam inuisibilium Patrem esse factorem pronun- tiassent, per Filium omnia facta esse dicunt; non vt minorem gloriam, quasi fortem quam-

και γουω εφη σαφως προς ενα τῶν ἁγίων μαθητῶν· Φίλιππο· δὲ εἶπε· οὐ πισθεῖς, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ ὅτιν; ὁ ἐωρακώς ἐμὲ, ἐώρακε τὸν πατέρα· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ ἐκ τοῦ ὁμοούσιου ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ. ταῦτα τοι καὶ θεὸς ἀληθινὸς ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ γε- γνηῆσθαι πισθεῖται. καὶ τὸ μὲν τῆς γυ- νήσεως ὄνομα τεθὲν ὑψηλοτέρῃ καὶ ὑπὲρ τῆς κοσμιῶν, κατὰ γὰρ, φημί, τὸ υἱὸς ἐγέννησα καὶ ὑψώσα, ἀλλ' ἵνα εἰ- μάτωσθε Ἰσραὴλ εἰρημὸν παρὰ θεοῦ· ἀλλ' ἐν χάριτις ἄξει πλὴν τοῦ ἀδελφῶν κλησὶν διακομίζουσι τὸ ποιῆσαι. ἵνα δὲ γὰρ τὰ καὶ φύσιν υἱοῦ κατὰ χριστιανῶσ μὲν τῶν τοιούτων οὐδὲν, ἀλλ' ἵνα δὲ πάντα· καὶ διὰ τὸ μόνος ἐκ πάντων, ἐγὼ εἶμι, φησὶ, ἐκ ἀληθείας. ὡσεὶ καὶ γνήσιον, καὶ ὑπόστασις ἐστὶ ἀπὸ λέγει, ἵνα δὲ ποιῆσθαι αὐτὸ οὐδαμῶσ αὐτὸσ γὰρ ὅτιν ἐκ ἀληθείας. ἀσφα- λίζονται τίνωσ τὰσ ἡμετέρας ψυχὰσ· τὸ πάντῃ φημι μυσταγωγὸσ, πατέρα καὶ υἱὸν πάντῃ, ἐκ γνήσιον ὀνομά- ζοντες· καὶ θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, καὶ φῶσ ἐκ φωτὸσ ἀπασρά- λαι λέγοντες· ἵνα καὶ τὸ ἀσώματον ἐκ τῷ ἀπλοῦ ἐκ γνήσιον ἔχη, καὶ τὸ εἶ ἀπὸ γὰρ, καὶ ἐν αὐτῷ καὶ ἐκαστὸσ ὑπαρχῶν ἰδιοπροσωπῶσ νοῦ- ται. πατὴρ γὰρ ὅτιν ὁ πατὴρ, καὶ οὐχ υἱὸσ· καὶ υἱὸσ ὁ τέλεισ, καὶ οὐ πα- τήρ· καὶ ἐν ταυτῷ φύσεωσ ἴδιον ἐκαστῶσ τὸ εἶναι, ὁ ὅτιν.

Απάντων δὲ ποιητῶν ὀρατῶν τε ἐκ ἀορατῶν διαφωτίζοντες τὸν πατέρα, δὲ υἱὸσ τὰ πάντα διδημιουργῆσαι φασιν, οὐ τὸ μείον ἐκ δόξῃ, κατὰ τὸ ἵνα κληρὸν αὐτῷ πρέπονται

ANNO CHRISTI 451.  
\* 2ου

πρεσβυτεριωτικῶτες, πολλοὶ γὰρ καὶ θεῖ·  
ποδὶ γὰρ ὅλως ὄντι τὸ ἔλαττον, \* ἤρω  
τὸ μείζον ὄρα ἐν ταυτότητι τῆς οὐσίας;  
ἀλλ' ὡς τὸ θεὸς καὶ πατὴρ οὐ πεφυκό-  
τος ἐπέφασκε ἐργάζεσθαι, καὶ εἰς τὸ εἶ  
καλεῖν, πάλιν ὅτι δι' ἑοῦ ἐν πνεύματι,  
ὡς διὰ δυνάμεως καὶ σοφίας τῆς ἑαυ-  
τοῦ. γέγραπται γὰρ ὅτι τῶ λόγῳ κυ-  
ελοῦ ὄουρανοὶ ἐστρωώθησαν, καὶ τῶ  
πνεύματι τῆς σωματικῆς αὐτῆς πᾶσα ἡ δύ-  
ναμις αὐτῶν. καὶ μὲν ἔο παύσο Φ  
Ιωάννης, ἐν ἀρχῇ λέγει ὁ λόγος, εἰπὼν,  
καὶ ὁ λόγος λέγει πρὸς τὸ θεόν, καὶ  
θεὸς λέγει ὁ λόγος, πρεσβυτεριωτικῶν ἀνα-  
καίως· πάντα δι' αὐτῆς ἐγένετο, καὶ  
χωρὶς αὐτῆς ἐγένετο οὐδέν.

Ὁμοούσιον τῶν ἰσοκλήα τε καὶ  
ἰσουργῶν τῶ πατρὶ ὅν ἀποδε-  
δήχοντες, διαμένοντες χρησίμως τῆς  
ἐνανθρωπήσεως αὐτῆς, καὶ τῆς μετὰ σαρ-  
κὸς οἰκονομίας διατηροῦσι τὸ μυστή-  
ριον, τελειωτάτῳ ἑστῶτι καὶ ἀπεσο-  
δεῖα διὰ τύπου τῆς πίστεως τῶν ἀδελ-  
φῶν μάλιστ' ἀνεγκλίτως. οὐ γὰρ ποι-  
μόνον ἀπόχρησι τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν  
τὸ διακεῖσθαι, καὶ φρονεῖν, ὡς θεὸς ἐκ  
θεοῦ γεννητῆς τῆς πατρὸς, ὁμοούσιός τε  
αὐτῶν, καὶ χαρακτὴρ ὑπαρχῶν τῆς ὑπο-  
στάσεως αὐτῆς· ἀλλ' ἡμεῖς ἀναγκαῖον εἶδε-  
ναι πρὸς τοὺς ὡς τῆς ἀπάντων ἐνε-  
κα σωτηρίας καὶ ζωῆς καθείας ἑαυτὸν  
εἰς κένωσιν, ἔλαβε δούλου μορφῆν,  
καὶ παρεῖλθεν ἀνεσθῆναι, γυναικίως  
κατὰ σὰρκα ἐκ γυναικὸς. διὰ τῆς το-  
φασί· ὅτι ἡμεῖς τῶν ἀνθρώπων,  
καὶ διὰ τῶν ἡμεῖς τῶν ἀνθρώπων, κατ-  
ελθόντα, σαρκωθέντα, ἐνανθρωπή-  
σαντα. ἀδρεῖ δὲ, ὅπως ἐν κόσμῳ  
τῶν θεῶν, καὶ ἐν αἰσὶ τῆς περὶ  
δεσπότη πρεσβυτεριωτικῶν αὐτοῖς.

dam ipsi conuenientem tribue-  
rent; minime quidem: vbi enim  
omnino minus, vel etiam ma-  
ius in idemitate substantiæ vi-  
deri potest? sed quod Deo &  
Patri natura sit infitum, non alio  
modo aliquid operari & vocare  
vt sit, quam per Filium in Spiri-  
tu, tamquã per virtutem ac sa-  
pientiam suam. Scriptum est e-  
nim: *Verbo Domini cali firmati* Psal. 51.  
*sunt, & spiritu oris eius omnis*  
*virtus eorum.* Ad hæc sapientif-  
simus Ioannes cum dixisset: *In* Ioan. 1.  
*principio erat Verbum, & Ver-*  
*bum erat apud Deum, & Deus*  
*erat Verbum;* adiecit necessario:  
*Omnia per ipsum facta sunt, &*  
*sine ipso factum est nihil.*

Igitur postquam demonstra-  
runt consubstantialē, eiusdem-  
que gloriæ, & eiusdem in operā-  
do efficaciam cum Patre Filium;  
opportune cōmemorant ipsum  
hominem factum, & illius cum  
carne dispensationis sacramen-  
tum declarant, rectissime anim-  
aduertentes, hanc fore absolu-  
tissimam fidei traditionem. Non  
enim in ipsum credentibus fatis  
est solum id persuasum habere  
ac sentire, quod Deus de Deo  
Patre sit natus, & illi consubsta-  
tialis, & character substantiæ  
eius sit: sed etiam necessarium  
est ad hæc scire, quod propter sa-  
lutem ac vitam omnium demif-  
ferit se ad exinanitionem, sum-  
pta serui forma, & processerit  
homo natus secundum carnem  
ex muliere, propter hoc dicunt:  
Qui propter nos homines, &  
propter nostram salutē descen-  
dit, incarnatus, & homo factus  
est. Vide quam debita disposi-  
tione, & quam conuenienti or-  
dine sermo illorum progreditur.

Psal. 51.

Ioan. 1.

Hebr. 1.

Descendisse enim dixerunt, vt per hoc super omnia Dominum intelligamus esse & natura & gloria; eundemque rursus propter nos homines descendisse, vt volens, inquam, nostram similitudinem subiret, & cum carne mundo affulgeret. Scriptum est enim in libro psalmodum: *Deus manifeste veniet, Deus noster, & non silebit.* Intelligi autem poterit descendens, si quis voluerit, etiam alio modo, nempe ex caelo & superne, vel etiam ab ipso Patre. Solet enim sancta scriptura etiam illa quae intelligentiam superant, verbis quae nobis congruunt, significare. vnde cum sanctos discipulos suos alloqueretur dixit: *Exiui a Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* Et iterum: *Vos de deorsum estis, ego de supernis sum.* Ad haec praeterea: *Ego a Patre exiui, & veni.* Scribit etiam sanctus Ioannes: *Qui descendit, supra omnes est.* Nam cum in summa celsitudine esset, & cum Patre suo secundum substantiam super omnia, vt pote idem tate vnus cum ipso naturae clarus; non rapinam arbitratus est se esse aequali Deo, sed se ipsum exinanivit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliavit seipsum. Enimvero quoniam Verbum, quod Deus erat, quamuis nostram carnem induisset, mansit tamen sic quoque Deus; propterea sacratissimus Paulus Deum in similitudinem hominum factum esse dicit, & habitu inuentum vt hominem.

*Psal. 49.*

*Ioan. 16.*

*Ioan. 8.*

*Ibid.*

*Ioan. 3.*

*Philipp. 2.*

κατελθεῖν γὰρ ἔφασαν· ἵνα διὰ τοῦτου ὁ ἐπάνω πάντων κρείον ἐνοώμεν φύσιν τε καὶ δόξην, καὶ πάλιν τοῦτον καταφοιτήσαντα δι' ἡμᾶς, εἰς τὸ ἐδελεῖσθαι, φημί, πλὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν\* ἐπελθεῖν, καὶ ὀπιλάμεναι τῷ κόσμῳ μὲν σαρκός. γέγραπται γὰρ ἐν βίβλῳ ψαλμῶν· ὁ θεὸς ἐμφανῶς ἤξει, ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ κατασπώσεται. νοηθεῖν δ' αὖν, εἴπερ ἔλοιτό τις, καὶ κατὰ ἔφρον ἕχρον ἴε καθεδός· οἶον, ὅτι οὐρανὸν καὶ ἀνώθεν, ἢ καὶ ἀπὸ αὐτῶν τῶν πατρῶν. φωνᾶς γὰρ πάντες κατὰ ἡμᾶς καὶ τὰ ὑπερνοῦν καταδουλοῦν, ἕδος πῶς ἱεροῖς θεάμμασι. καὶ γὰρ ἔφη, πῶς ἀγίοις προσδιαλεγόμενος μαθηταῖς· ὅτι ἔλθον ἀπὸ τῶν πατρῶν, ἔλθον εἰς τὸν κόσμον· πάλιν ἀφ' ἡμῶν τὸν κόσμον, καὶ πορεύομαι πρὸς τὰ πατέρα· καὶ πάλιν ὑμεῖς ἐν τῷ κατὰ ἑσέ, ἐγὼ ἐν τῷ ἀνω εἰμί. ἐπὶ τε πρὸς τοῦτοις· ἐγὼ ἐν τῶν πατρῶν ὅτι ἔλθον, ἔκω. γράφει δὲ ἔο θεοτόπος Ἰωάννης· ὁ ἀνώθεν ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἔσθι. καὶ τοὶ γὰρ ὑπερῶν ἐν ὑπερτάτης ὑπεροχῆς, καὶ ἐπάνω πάντων οὐσιωδῶς μὲν τῶν ἰδίου πατρῶν, ἀπε δὴ καὶ ἐν ταυτοῦτη φύσεως τῆς πρὸς αὐτὸν σεφθουμένου, οὐχ ἀρπαγματὸν ἠγάσθη τὸ εἶναι ἴσα θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφῶν δούλου λαβῶν, ἐν ὁμοιώματι ἀδελφῶν γυνόμενος, καὶ σχήματι ὄντας ὡς ἀδελφῶν, ἐταπεινώσεν ἑαυτὸν. ἐπειδὴ γὰρ θεὸς ὢν ὁ λόγος πλὴν ἡμῶν ἠμπεράτω σάρκα, μεμύνηκε δὲ ἔο ὅτι θεός, ταυτήτοι θεὸν ὁ ἱερότατος Παῦλος ἐν ὁμοιώματι ἀδελφῶν γυνέσθαι φησὶν, ὁμοιωθεὶς τε ὡς ἀδελφῶν σχήματι.

\* ἴσ. ὑπὸν

θεός

ANNO  
CHRISTI  
431

Θεός ἦν ἡμεῖς, ὡς ἐφίλω, ἐν εἰδῇ τῷ  
καθ' ἡμᾶς, καὶ ἐκ ἀψυχόν γε πλὴν  
σαρκὰ λαβών, κατὰ φρονεῖν ἑδοξέ-  
υσαι τῆν ἀιρετικῶν, ἐψυχωμὴν δὲ  
μαλλον ψυχῇ νοεῶν. αὐτὸν οὐκ ἄρα  
ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς προελ-  
θόντα λόγον καὶ υἱὸν μονογενῆ, ὅ-  
θεν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, ὃ  
φῶς ὃ ἐκ τοῦ φωτός, ὅτι οὐκ ἔστι  
πάντα ἐγένετο, κατελθεῖν ἔφασαν  
πατέρες, σαρκωθῆναι τε καὶ ἐνδυ-  
θροῦσθαι, ὅτι ἐστὶν ὑπομεῖναι ἡνι-  
σιν πλὴν καὶ σάρκα ἐκ γυναικός, καὶ  
προελθεῖν ἐν εἰδῇ τῷ καθ' ἡμᾶς.  
τῆσδε ἡ ἐνδυθροῦσθαι ὅστιν.

Εἰς οὐκ ἄρα κύριος Ἰησοῦς Χρι-  
στὸς, αὐτὸς ὁ μονογενὴς τῆ πατρὸς λό-  
γος ἡμῶν ἀνθρώπος, ἐκ ἀποβε-  
βληκῶς ὃ ἐστὶν ὁ λόγος. ὑπομεμῆκε  
γὰρ καὶ ἐν ἀνθρώπῳ θεός, καὶ ἐν  
μορφῇ δούλου δεσποῦς, καὶ ἐν κενώσῃ  
τῇ καθ' ἡμᾶς ὃ πληρὴς ἔχων θεϊκῶς,  
καὶ ἐν ἀδενείᾳ σαρκὸς τῆν δυνά-  
μειων κύριος, καὶ ἐν τοῖς τῆς ἀνθρώ-  
πότητος μέτρῳ ἴδιον ἔχων ὃ ὑπὲρ  
πάντων πλὴν κτίσιν. ἀλλὰ γὰρ πλὴν πρὸ  
σαρκὸς, ἀναποβλήτως ἔχῃ, θεός ἦν  
ἡμεῖς, καὶ υἱὸς ἀληθινός, μονογενὴς τε,  
καὶ φῶς, ζωὴ, καὶ δυνάμις. ἀ δὲ  
ἐκ τοῦ, πάντα προεβλήθη ὁρατὰ  
διὰ τῆν οικονομίαν. ἴδια γὰρ ἐποίη-  
σατο τῆν σαρκὸς. οὐκ ἦν ἡμεῖς ἐκ  
τοῦ, ἀλλὰ δὲ μαλλον ἢ ἀφ' ἑαυτοῦ  
αὐτῷ ὃ ἀποβλήτως ἐνωθεῖσα σὰρξ.  
οὕτως ὃ ὁ ἁγίος Ἰωάννης σάρκα φησὶ  
ἡμῶν ἐκ τοῦ λόγον. γέγονε δὲ σὰρξ οὐ  
καὶ μετέσταν, ἢ ἔσπλυν, ἢ ἀλλοίωσιν  
εἰς πλὴν τῆς σαρκὸς φύσιν μεταβαλόν.

Factum autem est caro, non quod secundum transitionem, vel con-  
uersionem, vel commutationem, in carnis naturam transmutatum sit;

Concil. Tom. 6.

Erat enim, ut dixi, Deus in  
nostra specie: non sumens, sicut  
hæreticis quibusdam sentire  
placuit, inanimatam carnem,  
sed anima intelligente prædi-  
tam. Ipsum igitur ex substan-  
tia Patris progressum Verbum  
& Filium vnigenitum, illum  
Deum verum de Deo vero, lu-  
men de lumine, ipsum per  
quem omnia facta sunt, descen-  
disse dixerunt patres, incarna-  
tumque esse & hominem fa-  
ctum, hoc est, subiisse genera-  
tionem secundum carnem ex  
muliere, & processisse in spe-  
cie simili nobis. hoc enim est  
hominem esse factum.

Vnus est igitur Dominus Ie-  
sus Christus, ipsum vnigeni-  
tum Dei Patris Verbum, ho-  
mo factum; non relinquens  
esse quod erat. mansit enim et-  
iam in humanitate Deus, &  
in ferui forma Dominus, & in  
exinanitione nostra plenitudi-  
nem habens diuinitatis, &  
in infirmitate carnis virtutum  
Dominus, & in mensuris hu-  
manitatis proprium habens,  
quod super omnem est crea-  
turam. Etenim quæ is ante  
carnem erat, inamissibiliter ha-  
bet, ut quod Deus erat, &  
Filius verus & vnigenitus, &  
lux, & vita, & virtus. Quæ  
vero non erat, ea propter dif-  
pensationem assumpsisse cerni-  
tur. Nam quæ carnis erant, si-  
bi propria fecit. Non enim ca-  
ro ipsi ineffabiliter & inenar-  
rabiliter vnita, alterius cuius-  
piam erat, sed ipsius eiusdem.  
Ita & sapiens Ioannes: *Ver-*

Ioan. 1.

*bum, inquit, caro factum est.*

Ecc

neque quod commixtionem ,  
aut concretionem , aut illam  
quorundam sermone decanta-  
tam consubstantiationem sub-  
ierit , ( id enim est impossibi-  
le , quoniam secundum natu-  
ram incommutabiliter & in-  
conuertibiliter se habet ) sed  
quod ex virgineo & illiba-  
to corpore carnem anima in-  
telligente animatam assumpse-  
rit , & suam fecerit . Ceterum  
mos est scripturæ diuinitus in-  
spiratæ , a sola carne aliquan-  
do totum hominem significa-  
re : *Effundam enim , inquit , de  
Spiritu meo super omnem car-  
nem .* Neque enim promisit  
Deus carnibus anima intelli-  
gente non animatis se immif-  
surum , sed hominibus ex cor-  
pore & anima constitutis . Ita-  
que Verbum non refugit esse  
quod erat cum factum est ho-  
mo ; sed in specie simili no-  
bis apparens mansit Verbum .  
Neque prius homo intelligi-  
tur Christus , deinde sic pro-  
gressus , ita vt esset Deus : sed  
Deus existens Verbum factum  
est homo , vt in eodem Deus si-  
mul & homo intelligatur idem .  
Qui autem ipsum in duos diui-  
dunt filios , & audent dicere ,  
quod ex semine Abrahæ ho-  
minem sibi ipsi coniunxerit  
Deus , & communicarit illi di-  
gnitatem & honorem , ac filia-  
tionis excellentiam , & præpa-  
rarit illum vt ferret crucem ,  
moreretur & reuiuisceret , ac  
in cælum ascenderet , & ad  
dexteram federet Patris , vt ab  
omni creatura adoretur , & ho-  
norem relatione ad Deum ha-  
bita fortiatur ; primum quidem  
duos filios prædicant , deinde sacramenti vim imperite retorquent .

Iscl. 2.

οὐτε μὲν Φυρμὸν , ἢ σύγκρισιν , ἢ πλὴν  
δουλουδρίων παρά υἱοσι σωοισίω-  
σιν ὑπομείνας· ἀμήχανον γὰρ , ἐπεὶ  
πρὸ ἔστι κατὰ φύσιν ἀτρέπτως τε καὶ  
ἀϊαλλοιώτως ἔχων· σὰρκα δὲ μᾶλ-  
λον ἐψυχωδρίων ψυχῆ νοεῶσ· ἁρ-  
θενικοῦ καὶ ἀρχαίου σώματος λα-  
βῶν , καὶ ἰδίῳ αὐτῷ ποιησάμενος·  
ἔδος δὲ τῆ θεοπνύτω γραφῆ ἔ δὸπο  
μόνης ἔδοι ὅτε τῆς σαρκὸς ὄλον ἀνθεσ-  
πον ὑποδηλωῶ· ἐκχεῶ γὰρ , φησὶν ,  
δὸπο ποδ πνύματος μου ἵπῃ πᾶσαν  
σὰρκα . οὐ γὰρ ποι σαρξὶν ἐκ ἐψυ-  
χωδρίαις ψυχῆ νοεῶσ ἐνήσειν θεὸς  
ἐπηγγήμητο , ἀνθεσποῖς δὲ μᾶλλον  
τοῖς σωεσῶσιν ἐκ ψυχῆς καὶ σώμα-  
τος· ἐκουῶ ἐκ δὸποδραμῶν ὁ λόγος  
τῆ ἐστὶ ὁ λόγος , γέγονεν ἀνθεσπος , ἀλλὰ  
καὶ ἐν εἰδί τῷ καδὶ ἡμας πεφλωῶς ,  
δὸπομεμνήκα λόγος· καὶ οὐ παρῶσρον  
ἀνθεσπος νοεῖται Χειρὸς , εἰδὶ οὐτω  
παρελθῶν εἰς τὸ ἐστὶ θεός , ἀλλὰ θεός  
ὢν ὁ λόγος γέγονεν ἀνθεσπος , ἵνα ἐν  
ταυτῷ νοῖται θεὸς ὑπαρχῶν ὁμοδ  
καὶ ἀνθεσπος ὁ αὐτός· οἶγε μὲν αὐ-  
τὸν εἰς υἱοῖς μελέζοντες δύο , καὶ ἑλ-  
μῶντες λέγαν , ὅπ ἑκ ἐκ σπέρματος  
τῆ Δαυὶδ ἀνθεσπον εἰαυτῷ σωῆσαν  
ὁ θεὸς λόγος , καὶ μετέδωκεν αὐτῷ  
τῆς ἀξίας καὶ τῆς ἡμῆς , καὶ τῆ τῆς  
ὑόπτος ἀξιώματος , καὶ ἁρεσπῶα-  
σεν αὐτὸν ὑπομείναι σωρὸν , δὸποδα-  
νῆν , καὶ ἀναβιάναί , καὶ ἀνελθεῖν εἰς  
τὸ οὐρανόν , καὶ καθῆσαι ἐν δεξιᾷ τῆ  
πατρὸς , ἵνα παρσοκωῖται παρὰ πάσης  
τῆς κτίσεως , ἀναφορεῶσ θεὸς δεχό-  
μενος τὰς ἡμας , παρῶσρον μὲν υἱοῖς  
πρεσβῶοισι δύο , εἶτα τῆ μυσηλεῖ  
πλὴν δυνάμιν δῶπσερέφοισιν ἀμαδῶς .

ANNO  
CHRISTI  
431.

ANNO CHRISTI 431.

οὐ γὰρ ἐξ ἀνθρώπου θεὸς γέγονεν ὁ Χριστός, ὡς ἐφίλω, ἀλλὰ θεὸς ὢν ὁ λόγος γέγονε σαρκί, ἑστῆν ἀνθρώπος. κενώσατο δὲ λέγουμαι, ὡς πρὸ τῆς κενώσεως τὸ πλήρες ἔχων ἐν ἰδίᾳ φύσει, καθ' ὅνομα θεός. οὐ γὰρ ἐκ τοῦ κενός ἐῖναι τις εἰς τὸ πλήρες ἀνέβη, ἐταπείνωσε δὲ μᾶλλον ἑαυτὸν ἐξ ὑψωμάτων θεϊκῶν, καὶ ὑβρίτου δόξης, οὐ ταπεινός ὢν ἀνθρώπος ὑψώθη δεδόξασμένος. ἔλαβε δὲ δοῦλου μορφὴν ὡς ἐλάτρευτος, οὐχ ὡς δούλος ὢν εἰς τὴν τῆς ἐλατρευτέας ἀνεπήδησε δόξαν. ἐν ὁμοιωματι ἀνθρώπων γέγονεν ὁ ἐν μορφῇ τοῦ ἰσότητος πατρὸς, ἐκ ἀνθρώπου ὢν τὸ ἐν ὁμοιωματι θεοῦ γινώσκων πεπλούτηκε μεθεκτῶς.

Τί τίνω ἀνθρώποι τῆς οἰκονομίας τοῦ λόγου, καὶ ἁρρασημαίνοισι τῶν ἀληθῶν, ἀπιστοῖς ἀντανιστάμενοι ταῖς θεοπνεύσεσι γραφαῖς, αἱ θεὸν ὄντα γινώσκουσι καὶ ἐν ἀνθρώπῳ ἑστῆν ὄντα ἑστῆν, ἕνα τε ὀνομάζουσι πάντα χρόνῳ; καὶ γινώσκοντες τῆς κοσμοποιίας βιβλίῳ γέγραπται ὁ Μαυσιῆς, ὡς διεβίβασε μὲν ὁ θεαστέσιος Ἰακώβ ἡμίσηρον Ἰαβὼκ τὰ παιδία αὐτοῦ, καὶ ἀπέμεινε μόνος ἐπέλασε δὲ μετ' αὐτοῦ ἀνθρώπος ἕως πρὸς. καὶ ἐκάλεσεν Ἰακώβ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου, εἶδος θεοῦ. εἶδον γὰρ, Φησὶ, θεὸν πρὸς ὄψωπον πρὸς πρὸς ὄψωπον, καὶ ἐσώθη μου ἡ ψυχή. ἀνέτειλε δὲ αὐτῷ ἥλιος, λύματα ἄρρηλασε τὸ εἶδος τοῦ θεοῦ. Ἰακώβ δὲ ἐπέσκαζε τῶν μηρῶν αὐτοῦ. πρὸς ἀνεδείκνυ γὰρ τῶν πατεράρχων θεός, ὅτι ἐκ ἀνθρώπου ἑστῆν καὶ κληροῦς ὁ μονογενὴς αὐτοῦ λόγος, καὶ ἀνὴπαλον ἔξει Ἰσραήλ.

Non enim ex homine Deus factus est Christus, ut dixi; sed Deus existens Verbum factum est caro, hoc est homo. Exinanitus vero esse dicitur, eo quod ante exinanitionem plenitudinem habuit in propria natura, quatenus intelligitur Deus. Non enim ex eo quod inanis esset, ad plenitudinem pervenit; sed magis ex diuina celsitudine & ineffabili gloria humiliavit semetipsum; non, humilis homo existens, gloria accepta exaltatus est. Serui præterea formam sumpsit, ut liber; non, cum seruus esset, ad libertatis gloriam ascendit. In similitudinem hominum factus est, qui in forma & æqualitate Patris erat; non, homo existens, secundum participationem consecutus est ut fieret in similitudinem Dei.

Quid igitur retorquent dispensationis sermones, & veritatem adulterant, contra omnes diuinitus inspiratas scripturas insurgentes, quæ Deum esse sciunt etiam hominem factum Filium, unumque ipsum ubique nominant? Unde & in libro creationis mundi scripsit Moyses, quod traiecit quidem diuinus Iacob torrentem Iaboc pueros suos, & mansit solus, luctatusque est homo cum eo usque mane. & vocauit Iacob nomen loci eius, Species Dei. *Vidi enim*, inquit, *Deum facie ad faciem, & saluata est anima mea. Ortus est autem ei sol quando transit species Dei: Iacob vero claudicabat femore suo.* Nam patriarchæ Deus portendebat, quod homo futurus esset aliquando vnigenitum eius Verbum, & quod obluçantem habiturus esset Israel.

Genes. 32.

Concil. Tom. 6. Ecc ij

Psal. 17.

& quod circa illum non essent recte incessuri, sed claudicaturi quodammodo, sicut ipse inquit per psallentis lyram: *Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inueterati sunt, & claudicauerunt a semitis suis.* Hoc enim opinor significare, quod Iacob femore suo claudicaret. Verumtamen illud considera, quod cum homo luctatus sit cum eo, vidisse se dicit Deum facie ad faciem, ipsumque specie Dei vocat. Mansit enim Verbum Dei, etiam homo factum, in forma Patris, secundum spiritalem inquam imaginem, & secundum naturam omni ex parte incommutabilem. Proinde dicebat ad Philippum, characterem substantiae Patris seipsum ostendens etiam cum carne: *Qui vidit me, vidit & Patrem.* Cum autem quemdam caecum a natiuitate, quem curauerat, inuenisset in templo: *Tu credis, inquit, in Filium Dei?* Illo autem ad hoc dicente: *Quis est, Domine, ut credam in eum?* Respondit dicens: *Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ille est.* Vidit autem ipsum caecus non nudum, vel sine carne, sed in specie simili nobis; & credidit in eum quem vidit, non tamquam in filium cum altero filio coniunctum, sed tamquam in vnum, qui natura & vere non absque carne iis qui erant in terra affulsisset. Porro beatus Moyses in benedictionibus inquit: *Date Leui manifestationem eius, & veritatem eius viro sancto, quem tentauerunt tentatione, & ei conuictiati sunt apud aquam contradictionis. Qui dicit patri & matri:*

Ioan. 14.

Ioan. 9.

Deut. 33.

